

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Beneficiencia siue beneficium ar  
cum fontibus proximo et primo

Caeu ne beneficium maius sit facultate;

sequntur enim talem largicionem rapine  
ut ad largiendum suppetant copie.

Cum enim dando egere ceperint,  
alienis bonis manus inferre coguntur

et maiora odia  
sequntur eorum quibus ademerunt  
quam fauores eorum quibus dederunt.

Seneca ibidem (libro IIII. de beneficiis).

Quarto

caue ne beneficium maius sit facultate tua.

Inest enim in tali liberalitate cupiditas  
rapiendi,  
ut ad largiendum suppetant copie.

Pseudo-Guillemus de Conchis, *Moralium dogma philosophorum*, I.B.2.ai (J. Holmberg ed., p.15, ll.4-6).

Secuntur etiam largicionem rapine.  
Cum enim dando egere ceperint,  
alienis bonis manus inferre coguntur,

et maiora odia  
eorum assecuntur quibus ademerunt,  
quam fauores eorum quibus dederunt.

Pseudo-Guillemus de Conchis, *Moralium dogma philosophorum*, I.B.2.bi (J. Holmberg ed., p.20, ll.20-23).

Alter locus erat cautionis  
ne benignitas major esset quam facultates,  
quod qui benigniores volunt esse quam res  
patitur, primum in eo peccant, quod iniuriosi  
sunt in proximos; quas enim copias iis  
et suppeditari aequius est et relinquи,  
eas transferunt ad alienos.

Inest autem in tali liberalitate cupiditas  
plerumque rapiendi et auferendi per iniuriam,  
ut ad largiendum suppetant copiae.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 1.44  
(M. Winterbottom ed., p.19, ll.6-12).

Atque etiam sequuntur largitionem rapinae.  
Cum enim dando egere cooperunt,  
alienis bonis manus adferre coguntur.  
Ita, cum benivolentiae comparandae causa  
benefici esse velint, non tanta studia  
adsequuntur eorum quibus dederunt  
quanta odia eorum quibus ademerunt.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 2.54  
(M. Winterbottom ed., p.92, ll.20-24).